

lxxij. conchas cxliij. Mystra cclxxxvij. chemas ccclx. cochlearia dccxx. chus autem georgicus capit xij. cotylas georgicas, quæ efficiunt ix. sextarios. chus verò medicus xij. cotylas nouem vnciarum, quæ sex constituunt sextarios. Nouem autem ad sex proportionem habent sesquialteram. Africanus colligit choa liquoribus repletum idem pendere, quod fannius nempe vini libras x. olei ix. mellis xv. & cetera. congius igitur capit libras x. pendet octo & vncias quatuor, vt supra etiam annotaui. Nunc congiij mensuram Romanam vino repletam tibi declarabo. Congius oleo vt vino plenus pendet, olei libras viij. & vncias iij. vini ix. libras, & vncias tres, scriptula duo. filiquas quatuor & grana duo. chus olei (nunc Atticam declaro) pendet libras 7. cum dimidia. vini libras octo & vncias quatuor. Georgici congiij mensura, quæ dicitur chus olei pendet libras xj. & vncias ij. vini verò xij. cum dimidia. Nunc mellis Romani pondus, quod ad congium spectat dicamus. congius vini pendet libras ix. vncias iij. scriptula duo cum dimidio, filiquam vnam, grana duo, mellis libras xij. cum dimidia. vncias quatuor, drachmas quinque, scriptulum vnum. iam Atticas quoque mensuras congiij exponam. Chus vini pendet libras viij. vncias quatuor, mellis libras xij. cum dimidia. Georgicorum chus vini pendet libras xij. cum dimidia, mellis xvij. & ix. sed aduerte, quod nonnulli Græci vsi sunt Romanis mensuris, & ideo dicunt *ιταλικόν κεράνιον*, id est, amphora Italica *ἔρα*, id est, vna, *κόνγιον*, id est, congius Græcus cum Romanis. Nam congius olei pendet libras ix. vini x. mellis xv. interim illud non præteribo hoc loco quod Georgius Agricola monet, quod constat vinum oleo grauius esse nona parte, & mel rursus vno grauius tertia. Sed iam his declaratis, hic notam congiij ex Vo-

lufio Martiano Iureconsulto apposuisse non omnino fue-

rit inutile, vt extra alias mensuras hanc congiij

noscamus. Hæc igitur & huiusmodi fuit

nota sic signata Ε. & hæc qui-

dem de congiarijs di-

xisse suffi-

ciat.

VESPA